ſponſorem, aut mandatorem veniat, & ab illo quod reliquum eſt, ſumat: & ſi quidem præſentes [1] ei conſiſtant ambo, & principalis & interceſſor, & [fidejuſſor] aut mandator aut ſponſor: hoc omni ſervetur modo. † Si vero interceſſor, aut mandator, aut qui ſponſioni ſe ſubjecerit, adſit: principalem vero abeſſe contigerit, acerbum eſt, creditorem mittere alio, cum poſſit mox interceſſorem, aut mandatorem, aut ſponſorem exigere. † Sed & hoc quidem curandum eſt a nobis poſſibili modo: non enim erat quoddam hic antiquæ legi datum pro ſanatione remedium: quamvis Papinianus maximus [2] fuerit, qui hoc primitus introduxit. Probet igitur interceſſorem, aut ſponſorem, aut mandatorem: & cauſæ præſidens judex det tempus [3] interceſſori (idem eſt dicere, ſponſori & mandatori) volenti principalem deducere: quatenus ille prius ſuſtineat conventionem: & ſic ipſe in ultimum ſubſidium [4] ſervetur: ſitque ſolatio interceſſori, [aut ſponſori & mandatori] in hoc quoque judex: fidejuſſoribus enim & talibus prodeſſe ſancitum eſt, ut illo deducto, interim conventione liberentur, qui pro eo in moleſtia fuerunt. Si vero tempus in hoc indultum exceſſerit, (convenit namque etiam tempus definire judicantem) tunc fidejuſſor, aut mandator, aut ſponſor exequatur litem, & debitum exigatur contra eum pro quo fidejuſſit, aut pro quo mandatum ſcripſit, aut ſponſionem ſuſcepit: a creditoribus actionibus ſibi ceſſis [5].

CAP. II.

Alterum thema prioris capitis. Ut res apud alium conſtitutæ non poſſint vindicari, priusquam perſonalis actio exerceatur.

SEd [6] neque ad res debitorum, quæ ab aliis detinentur, veniat prius, antequam [7] tranſeat viam ſuper perſonalibus contra mandatores, & fidejuſſores, & ſponſores: ſicque ad res veniens principalis [8] debitoris, ſive ab alio detineantur, & detinentes [9] eas conveniens, ſi neque inde habuerit ſatisfactionem: tunc veniat adverſus res fidejuſſorum, & mandatorum, & ſponſorum: idem [10] enim eſt dicere: vel ſi quosdam habuerint homines ipſis ſibimet obligatos, & qui hypothecariis actionibus ſibi teneri poſſint. † Contra principales tamen & exiſtentes apud eos res (ſive perſonalibus, ſive hypothecariis mox, ſive ambabus, uti voluerit,) omnem ei damus licentiam, quæ dudum a nobis data eſt, & viam & ordinem in aliis perſonis caſibusque ſancimus. † Et non ſolum hoc in creditoribus dicimus: ſed etiam ſi quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum, quem vocant confirmatorem [11], & moveatur in aliquo venditionis conventio contra venditorem facta: non adverſus confirmatorem mox emptor accedit, neque tenentem aliquid rerum venditoris, ſed adverſus venditorem [12] prius, & ſic ad confirmatorem [13], & tertio loco contra detentorem. † Eadem etiam hic exiſtente diviſione ſuper præſentibus & abſentibus, quam dudum in fidejuſſoribus & mandatoribus & ſponſoribus [14] ac creditoribus cauſa debitorum ſancivimus.

† Similiter obtinente etiam in aliis contractibus, in quibus fidejuſſores aliqui, aut mandatores, aut ſponſores accipiuntur: & in ipſis principalibus ex utroque latere, & in heredibus eorum, & ſucceſſoribus, antiqua [15] ſi quidem lex hæc valeat rurſus, & cum hujusmodi juſtitia atque diviſione noſtros ſubjectos foveat.

CAP. III.

De ſolutionibus. Ut debitore aurum aut pecuniam numeratam non habente, addicantur creditori res ejus.

QUod autem de cætero humanis auxiliatur curis: licet quibusdam creditoribus non forte ſit gratum, a nobis tamen propter clementiam ſancitur. Si [16] quis enim mutuaverit aurum, debitoris ſubſtantiæ credens: at ille [17] ad reſtitutionem auri non ſit idoneus [18], ſubſtantiam autem immobilem habeat, verum creditor ardeat, aurum omnimodo quærens: illi vero non ſit facile, neque ulla mobilis ſubſtantia: damus enim creditori licentiam volenti immobiles [19] res accipere pro auro, ſed ſi nec quisquam emptor immobilium ejus rerum adſit, creditore frequenter etiam divulgante quoniam ſubjacent debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem, tunc in hac quidem feliciſſima civitate glorioſiſſimæ noſtræ reipubl. judices ſecundum unicuique conceſſam a lege & a nobis juriſdictionem: in provinciis autem gentium præſides præparent ſubtili æſtimatione facta rerum debitoris, dari ſecundum quantitatem debiti poſſeſſionem immobilem creditoribus, cum tali cautela, cum qua debitor dare poſſit. Rerum vero datio ſit hujusmodi: quæcunque quidem meliora ſunt, dentur creditori: quæ vero deteriora, apud debitorem, poſt debiti ſolutionem manere ſinantur: etenim non erit juſtum dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, ſed coactum [20] ſuſcipere poſſeſſionem immobilem, non ſaltem meliora rerum debitoris percipere: & per hoc habere conſolationem, quia ſi aurum non recipit, aut alia rerum, quæ portari poſſunt, tamen licet eſt poſſeſſionem non inutilem habere: ſed hoc quidem ſit clementia qualidam legis. Agnoſcant autem creditores, quia etſi hanc non ſcripſiſſemus legem, neceſſitatis ratio ad hoc cauſam perduceret. Si enim non ſit idoneus pecuniarum debitor, nec ullus emptor ſit: nihil aliud facturus erat quam propriis bonis cedere [21], & rurſus res ad creditorem merito venirent, aurum percipere non valentem: quamobrem quod cum injuria [22] & affectu acerbo perduceret creditorem & debitorem: hoc nos clementer ſimul & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur & acerbis creditoribus non apparebimus duri, cauſam eis deputantes ad quam ſi permanerent inobedientes, tamen modis omnibus advenirent. Si itaque creditor paratus eſt præparare quendam emptorem: neceſſitatem habere debitorem hoc agere, præbentem hujusmodi cautionem arbitrio judicantis, qualem omnimodo eſt dare poſſibile: undique enim ita creditoribus providendum eſt, ut non debitores graventur.

§. 1. Et abſolute creditorem [23] ponimus, antiquas ſequentes leges, omnem qui actionem habere contra aliquem poteſt, licet non ſit mutuum geſtum, ſed alter quidem contractus conſiſtat: argentariorum [24] quippe ſponſionibus propter utilitatem contrahentium in ordine moderno durantibus [25].

EPILOGUS.

† Quæ igitur a nobis pro cautela ſubjectorum ſancita ſunt, cognoſcens tua eminentia, ſolemnibus programmatibus & hic & in omni ditione fieri manifeſta procuret: ut etiam inter gentes agnoſcant ſubjecti, quanta fuerit nobis pro illorum utilitate providentia. Dat. ante diem 17. Kal. April. Indict. XIII. Conſulatu FLAVII BELISARII V. Clariſ. 535.

TIT. V.

DE MONACHIS [26].

NOVELLA CONSTIT. V.

Imp. Juſtin. Auguſt. Epiphanio ſanctiſſimo & beatiſſimo hujus regiæ urbis feliciſſimæ Archiepiſcopo, [& univerſali patriarchæ].

PRÆFATIO.

CONverſationis monachalis vita [27] ſic eſt honeſta, ſic commendare novit Deo ad hoc venientem hominem, ut omnem quidem humanam ejus maculam detergat, purum autem declaret, ac rationabili naturæ decentem, & plurima ſecundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celſiorem [28]. † Si quis igitur futurus eſt monachus perfectus, indiget [29] & divinorum eloquiorum eruditione & converſationis integritate, ut tanta dignus factus ſit mutatione. † Credimus igitur & nos explanare quod agendum eſt ab eis, & decertatores eos veros ad ſacram viam conſtituere: & ita nobis intentio præſentis eſt legis, ut poſt illa quæ de ſanctiſſimis epiſcopis ſancivimus, & quæ de reverendiſſimis clericis diſpoſuimus: neque quod monachicum, extra quod competit, relinquamus.

CAP. I.

De monaſteriis [30] & eorum ædificatione.

ILlud igitur ante alia dicendum eſt, ut omni tempore & in omni terra, ſi quis ædificare venerabile monaſterium voluerit, non prius licentiam eſſe hoc agendi, quam [31] Deo amabilem locorum epiſcopum advocet: at ille manus extendat ad cœlum, & per orationem locum conſecret Deo, ſigens in eo ſalutis noſtræ ſignum [32]: (dicimus autem adorandam & honorandam vere crucem) ſicque inchoet ædificium: bonum utique quoddam hoc & decens fundamentum ponens. Hoc itaque principium piæ venerabilium monaſteriorum fabricæ fiat.

CAP. II.

De monachiſmum [33] profitentibus non ſtatim veſtiendis.

HInc [34] autem nobis etiam de ſingulis monachis cogitandum eſt, quo conveniat fieri modo, & utrum liberos ſolum, an etiam forte ſervos: eo quod omnes ſimiliter divina ſuſceperit gratia, prædicans palam, quia quantum ad Dei cultum, non [35] eſt maſculus neque fœmina, neque liber neque ſervus: omnes enim in Chriſto unam mercedem percipere. Sancimus ergo, ſacras ſequentes regulas, eos qui ſingularem converſationem profitentur, non prompte mox a reverendiſſimis præſulibus venerabilium monaſteriorum habitum percipere monachalem: ſed per triennium [36] totum (ſive liberi forte ſint, ſive ſervi) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes: ſed tonſura [37], & veſte eorum qui laici vocantur, uti, & manere divina addiſcentes eloquia: & reverendiſſimos eorum abbates requirere [38] eos ſive liberi ſint, ſive ſervi, & unde eis deſiderium vitæ ſingularis [39] acceſſerit: & diſcentes ab eis, quia nulla [40] maligna occaſio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos, qui adhuc docentur, atque monentur: & experimento percipere eorum tolerantiam & honeſtatem, non enim faciliſ eſt vitæ mutatio [41], ſed cum animæ ſit labore. §. 1. Et dum triennio toto ita permanſerint, optimos ſemetipſos & tolerabiles aliis monachis & præſuli demonſtrantes, hos monachicam promereri veſtem atque tonſuram: & ſive liberi ſint, ſine calumnia permanere: ſive ſervi [1], penitus non inquietari, migrantes ad communem omnium (dicimus autem cœleſtem) dominum: & arripiantur in libertatem. Nam ſi multis caſibus etiam ex lege hoc fit, & talis quædam libertas datur, quomodo non prævalebit divina gratia talibus eos abſolvere vinculis? Si vero intra triennium venerit quispiam, & aliquem horum, qui converſationem profeſſi ſunt, tranſere tanquam ſervum voluerit: hoc quod nobis nuper ex Lycia nunciavit Zoſimus Deo amabilis, vir famoſiſimus in converſatione, & prope viceſimum [2] & centeſimum ætatis agens annum, pollens autem & animi virtutibus, & corporis operationibus: tanta quædam in eo gratia Dei floret. Si quis igitur (ſicut prædiximus) intra triennium veniat aliquem in ſervitutem trahens volentium, & perdurantium ut fierent monachi, & dicat quoniam abripuit [3] quasdam res, & propterea recurrit ad monaſterium: ſancimus eum non promte agere, ſed primo probare pro veritate, quia ſervus eſt, & pro furto forſan, aut vita maligna, aut vitiis peſſimis fugerit quidem propter ſuum vitium, ad monaſterium autem venerit: & ſi quidem verax oſtendatur, & apparuerit propter hujusmodi cauſam, monachicam ſimulans converſationem, aut propter turpitudinem vitæ forte diffugiens, & non pro veritate ſanctimoniæ [4] habitum concupiſcens, hunc reddi domino, cum quibus forſan abripuit, ſi tamen hæ res etiam in monaſterio fuerint: eum vero qui dominus approbatur, dare ei juſjurandum [5], *quia nihil mali ei faciet, & ſuſcipere, atque eum reducere [6] domum.* §. 2. Si vero is quidem, qui dicit ſe eſſe dominum, nihil tale probaverit, & appareat is qui in talibus accuſatur, ex ipſa converſatione honeſtus ac mitis, & forſan teſtimonium habet aliorum, quod etiam apud dominum conſiſtens diſciplinatus fuerit, & honeſtatis amator: & ſi nondum forte completum eſt triennii tempus, attamen etiam ſic maneat in venerabili monaſterio, trahentium aſperitate liberatus. Triennii vero ſemel expleto [7] tempore, judicatus quia monaſtica dignus eſt honeſtate, maneat in monaſterio. Nequaquam enim damus licentiam ulli penitus perſcrutari quæ ejus ſunt: ſed ſive liber, ſive ſervus ſit, manere eum in converſatione volumus: nam etſi vitium in priori ab eo forte geſtum eſt vita, (humana enim natura quodammodo labitur [8] ad delicta) attamen ſufficiat ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum triennalis temporis teſtimonium: ea vero quæ rapta ſunt, etiamſi apud quoscunque inveniantur, modis omnibus reddantur [9] priſco domino. §. 3. Si vero ſervitii neceſſitatem effugiens, tentaverit monaſterium quidem derelinquere, aliam autem vitæ ſectari figuram: licentiam damus dominis [10] trahere [10] eum, & probanti fortunam, inter ſervos habere: non enim injuriam patietur tantum ad verum ſervitium tractus, quantum ipſe injuriatus eſt Dei culturam refugiens: & hæc quidem de fortuna horum qui inter monachos profiteri volunt, ſancimus.

CAP. III.

Ut monachi communiter [11] habitent & dormiant.

COgitandum vero eſt quomodo ipſos habitantes & degentes monaſticæ philoſophiæ [12] certatores [13] dignos eſſe oſtendamus. Volumus enim noſtum monaſterium ſub [14] ditione noſtra conſtitutum, ſive pluri-morum hominum eſt, ſive paucorum: monachos, qui ibi ſunt, diviſos ab alteruitis eſſe, & propriis [15] habitationibus uti: ſed communiter [16] quidem eos comedere ſancimus: dormire vero omnes in communi [17]: unoquoque quidem in propria quadam ſtratura [18] jacente, in domo vero una collocatos: aut ſi forte non ſufficit ad multitudinem monachorum domus una, in duas forſan aut plures, non tamen ſeorſum & apud ſemetipſos, ſed in communi, teſtes alteutris ſint honeſtatis & caſtitatis: & neque ipſum ſomnum deſidioſum habeant: ſed meditantem bonum [19] ornatum, propter increpationem reſpicientium: niſi tamen quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes [20], vitam remotam habeant in hoſpitio: (quos vocare *anachoretas* [21], id eſt diſcedentes, & *heſychaſtas* [22], id eſt quieſcentes, confueverunt, tanquam a communione ad meliora exceptos) alioqui alios quibuscunque inter multitudinem converſatio eſt, in iis quæ vocantur cœnobia, id eſt communi vita, eſſe volumus: ſic enim zelus eis ad virtutem creſcit, & maxime juvenibus, ſi cum ſenioribus conſtituantur: fiet enim ſeniorum [23] converſatio, juventutis educatio perfecta: & ſic ſint in cœnobiis ſuo proprio abbati obedientes, & traditam ſibi converſationem inculpabiliter obſervantes.

CAP. IV.

De monacho qui monaſterium dimiſerit [24].

SI quis autem forte ſemel dedicatus, ſchemateque potitus, deinde a monaſterio diſcedere [25] voluerit, & privatam fortaſſis eligere vitam: ipſe quidem ſciat quam pro hoc dabit Deo ſatisfactionem: res autem quascunque habuerit dum in monaſterium intrabat, eas dominii eſſe monaſterii, & nihil penitus ejiciat.

CAP. V.

De viro vel muliere qui quæve ſolitariam vitam appetit [26].

ILlud quoque decernimus: qui in monaſterium introire voluerit, antequam monaſterium ingrediatur, licentiam habere ſuis uti [27] quo voluerit modo. Ingredientem [28] namque ſimul ſequuntur omnino res: licet non expreſſim, qui introduxerit eas, dixerit: & non erit dominus earum ulterius ullo modo. Si vero filios habuerit, ſi quidem contigerit jam eum res aliquas donaſſe eis, aut per antenuptialem donationem, aut per dotis occaſionem contuliſſe, & faciunt hæc quartam ab intellecto, ejus ſubſtantiæ: nullum in reliquis rebus habeant participium filii: ſin autem nihil eis donaverit, aut minus quarta: poſtquam abrenuntians converſatus fuerit inter monachos [29], nihilominus quarta debeatur filiis, aut ſupplementum, ſi contigit eos jam aliquid acceſſiſſe, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem uxorem habens, deinde eam relinquens, in monaſterium ingrediatur: & dos [30] mulieri ſervetur, & ex morte pactum, (quod in alia noſtra ſancivimus conſtitutione) omnibus, quæ ſuper monachis de his dicta ſunt, & in mulieribus in monaſterium ingredientibus, valituris.

CAP. VI.

De monacho monaſterium dimittente.

SI vero relinquens monaſterium, ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vitæ figuram: ſubſtantia ejus etiam ſic in monaſterio (ſecundum quod a nobis prius [31] dictum eſt) remanente, ipſe [32] inter officiales clariſſimi provinciæ judicis ſtatuetur: & hunc habebit mutationis fructum, aut qui ſacrum miniſterium deſpexerit, tribunalis terreni obſervet [33] ſervitium.

CAP. VII.

De monacho qui de uno ad aliud monaſterium tranſit.

SI vero relinquens monaſterium, in quo converſationem habuerit, ad aliud tranſeat monaſterium: etiam ſic quidem ejus ſubſtantia maneat, & vindicetur a priori monaſterio, ubi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem eſt reverendiſſimos Abbates non ſuſcipere eum qui hoc egit. Erronea namque talis eſt vita monachica, nullatenus tolerantiæ proxima, neque conſtantis, & perſiſtentis animæ, ſed indicium habentis circumlatæ, & aliunde alia requirentis. Ea propter etiam hoc prohibeant Deo amabiles epiſcopi, & archimandritæ [34] nuncupati, monachicam honeſtatem ſecundum regulas ſacras conſervantes.

CAP. VIII.

Ne monachi uxorem ducant aut concubinam.

SI quis autem monachicam profitentium converſationem meruit clerici ordinationem, maneat etiam ſic purum ſervans converſationem: quod ſi facti clerici abutantur fiducia, & ad nuptias venire præſumant: quippe in tali gradu conſtitutus inter clericos, qui ei uxorem [35] ducere permittat: (dicimus autem gradum [36] cantorum, aut lectorum, aliis enim omnibus nuptias fecundum ſacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas [37] habere, aut luxuriis tradere vitam) excludatur modis omnibus a clero, tanquam priorem converſationem, & ſolitariam confundens vitam: & privatus ſit de cætero: ad militiam quidem, aut ad aliud officium venire non præſumens, niſi voluerit dudum a nobis interminatis ſubjacere pœnis: ipſe autem apud ſemetipſum degens, & agnoſcens qualem pro hoc daturus ſit magno [38] Deo ſatisfactionem.

CAP. IX.

De electione & creatione Abbatis, & ut conſtitutio ſit communis tam monachis quam ſanctimonialibus.

ORdinationem vero Abbatum (ſi quando contigerit egere monaſterium abbate) non per [39] ordinem reverendiſſimorum fieri monachorum, nec omnino eum qui poſt primum eſt, mox abbatem fieri: nec qui poſt illum ſecundus eſt, neque tertium, aut reliquos: (hoc quod etiam alia lex noſtra dicit) ſed Deo amabilem locorum epiſcopum [40] percurrere quidem conſequenter per omnes (non enim exhonorandum eſt omnino tempus, & ex eo ordo) *& eum qui apparuerit prius optimus [41] inter monachos conſtitutus & dignus præſulatu eorum, hunc eligere.* eo quod humana natura talis eſt, quod neque omnes per ordinem inter ſummos, neque rurſus omnes inter noviſſimos conſtituti quidem ſint: ſed procedat quidem ſecundum gradum præcedentis inſpectio: qui vero prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas ſit, & ordinem ſimul [42] & virtutem ſuffragantem habens. Oportet enim eos qui diſcernunt quod melius eſt a priore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud vero inclinari jubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere. §. 1. Quæcunque tamen a nobis, in omnibus quæ prius & quæ nunc profata ſunt, ſacris noſtris conſtitutionibus ſunt ſancita de clericis, aut monachis, aut monaſteriis,

---

C. de pign. & Auth. præſente. C. de fidejuſſ. Fallit, niſi fidejuſſor jurejurando interpoſito promiſit pecuniam ſolutam iri creditori, *cap. ex reſcripto, extr. de jurejur.* Si debitor pendente judicio cum creditore rem obligatam alienat: poteſt enim hoc caſu creditor emptorem convenire etiam non diſcuſſo principali, *l. diſtractis. & Auth. hac ita. C. de pign.* Fallit etiam, ſi debitor principalis abſit, ut & ſi debitor conſtituit, ſe precarii nomine creditoris ſui poſſidere, & conditione ex illa lege agitur, *l. uti. C. de uſqu. fuſſ.* Fallit etiam, ſi certum ſit, rem principalem ſolvendo non eſſe, *Gl. l. Plinii ſam. 14. ff. ſi certum. l. decem. 116. ff. de verb. obl.* ſi fidejuſſor vel poſſeſſor conventus diſcuſſionis exceptionem non opponit. *Cloſſ.* Bart. Raph. *in l. ſi manifeſtum 34. ff. de evict.* ſi creditor agit adverſus commodatarium vel depoſitarium rei ſibi obligatæ, vel ſi bona debitoris extra territorium vel in cuſtro aliquo ſita ſint, ut facile creditor in ea experiri non poſſit: ſi debitor ita rixoſus ſit, ut eum facile convenire creditor non poſſit: ſi debitor ab uno creditore ſit jam diſcuſſus: ſi ex forma ſtatuti ſolemniter omiſſa procedi poteſt. vid. Socin. *regul. Excuſſio 134.* His adde, quæ ſcripſi ad *Authent. præſente. C. de fideiuſſoribus.*

1 Reo principali & fidejuſſore præſentibus, ille primo loco conveniendus eſt: poſt eum, fidejuſſor. 2 Papinianus laus. 3 Fidejuſſori datur dilatio ad deducendos reos principaliter obligatos abſentes. 4 Fidejuſſor obligatur ſubſidiarie.

5 Cedere ſuas actiones creditor debet fidejuſſori ſolventi, adverſus reum principalem.

6 Hinc ſumpta eſt Auth. *Sed hodie, C. de obligat. & act.* & Auth. *Hoc ſi debitor. C. de pign.* Hoc autem conſtituunt, ut fidejuſſores, mandatores & ſponſores priore loco conveniantur, quam pignorum poſſeſſores. 7 Debitores fidejuſſorum conveniri debent, diſcuſſo ipſo fidejuſſore. De beneficio diſcuſſionis vid. Ferrarienſ. *in libello action. hypothec. 44. in verb. Except. excuſſionis* §. 8 Πρωτοτυπον hunc vocant Graeci Novella & Harmenop. 3. *tit. 6.* 9 Vid. *l. 41. ff. de fideiuſſoribus.* 10 Vid. ad hunc locum Cujac. 8. *obſ. 19.* 11 Βεβαιωτην, id eſt, auctorem ſecundum, *l. 4. ff. de evict.*

12 In perſonalibus actionibus venditor primo: deinde confirmator: poſtremo detentor conveniendus eſt. 13 Confirmator Βεβαιωτης is ſpondet evictionis nomine pro venditore: Confirmator venditionis dicitur a Juliano, ut & a Cicerone confirmator pecuniæ. 14 Reſponſorum εκτεφωνητοι Graeci vocant & conſtitutum, εκτεθωνητοι, ὑποφωνητοι. 15 Fortitan 12. tabularum: de quo vid. Cujac. *tit.* 16 Ad vetbum extat apud Harmenop. 3. *tit.* 5. §. 97. 17 Hinc ſumpta eſt Auth. *Hoc niſi, C. de ſolutionib.* 18 Προχειρον, hoc eſt, patatus, Harmenop. *d. loco.* 19 Τα κλινατα, res mobiles. 20 Vid. *l. 24. C. de ſolut.* An aliud pro alio ſolvi poſſit, dixi ad *l. 3. ff. de reb. cred.* 21 De beneficio cetſionis, vid. que notavi ad *l. uſſ. C. de bon. ced.* adde Hotom. 25. *Illuſtr.* 22 Vid. Novellam 135. *cap.* 1. 23 Creditor quis dicatur, vid. *l. 10. ff. de verb. ſign.* 24 Vid. *Nov.* 136. 25 Niſi juri ſuo excuſſionis, argentariorum cauſa renunciaverint qui apud eum fidejuſſerunt vel conſtituerunt.

26 Ad le *Novell.* 123. 27 Laus vitæ monaſticæ. 28 Dicam ad *c. 3. T. h. t.* 29 Monachus peritus ſacrarum ſcripturarum eſſe debet. *Nov. 6. c. 4.* 30 Vide *Novell.* 131. *c. 7.* 31 Monaſterium ejusmodi epiſcopo non eſt æditſicandum. adde *Nov.* 131. *c. 7.* 32 Crucem appellat ſalutis noſtræ ſignum, de qua dixi ad titulum, *Nemini licere ſignum ſalvator.* aliis quoque plenius dicemus. 33 *Nov.* 123. *c.* 35.

34 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Verum* 38. *C. de epiſc. & cler.* Goth. Vid. Gudelin. *de jure Novatiſſimo lib.* 1. *c.* 4. *num.* 2. *& can. ſi quis.* 3. *cauſ.* 17. *quæſt.* 2. Anſ. 35 *Epiſt. ad Galat.* 3. *verſ.* 28. 36 *Novell.* 123. *c.* 35. 37 Habitus monachalis eſt tonſura, & veſtis diverſa a laico. Ac tonduntur laici per pectinem: monachi ſtricium.

38 Cur? deſperatio interdum facit monachum. 39 Τω μονηρες βιω, vitæ ſolitariæ. 40 Et merito, ne alioquin monaſteria fiant foveæ latronum, §. 1. *verſ. ſi quis igitur. infr. h. t.* 41 Monachiſmo capitis demiuutionem contingere hinc colligunt: quod Cujacio displicet: nec enim omnis vitæ mutatio, minutio eſt capitis.

ſtrantes,

---

1 Monachiſmi profeſſione, ſervi fiunt liberi. 2 Vitam & ætatem Zoſimi hujus obſerva. Vita hominum quoniqe excurrere poſſit ex placitis quibusdam philoſophorum, vide Plinium 7. *cap.* 49. Trebellius Pollio *in D. Claudio* refert noviſſimos mathematicorum adnotaſſe 120. annos homini ad vivendum datos, neque amplius cujquam concellum, addit tamen ſed ſaltu Moſem ſolum Dei amicum, ut Judæorum litri loquuntur. 120. annos vixiſſe: cum 120. tantum annos Moſem vixiſſe confiet. *Deut. ult. verſ.* 7. Plinius *dicto loco*: plures enumerat longioris vitæ fuiſſe. Utique, vitam hominis 70. aut 80. annorum eſſe, David monet, *Pſal.* 90. *verſ.* 10. de ſenectute memorabili, & iis qui diu vixerunt, vid. 8. Valer. 13. Cornelium Rhodigiinum 11. *Antiquarum lectionum*, 37. adde *de Macrobiis ex Solino c.* 21. & 43 Goth. Adde Cœlium Rhodigin. *antiq. lect. lib.* 20. *c.* 134. Theolofan. *de Retrahl. lib.* 13. *cap.* 21. n. 5. Joann. Noerenberg. *Hiſtor. natural. lib.* 8. & 9. Anſ. 3 *ſuprr. eod. in princ.* 4. Antiquum eſt pallio ſanctitatem mentiri. Salvianus 4. *ad Eccleſ.* licet de converſorum venerabili choro videtaris, licet religionem vebibus ſimules, licet fidem cingulo aſſeras, licet ſanctitatem palſo mentiaris, non credis. Notam eſt illud, Habitus non facit monachum, & Plutarchus κτ γοῦ φιλοσοφε κομμοτρεφιλαι και τριβωνοφορεισι, ὀυτε ιοιδκνος αιλοσοφιλαι, vide Cœlium Rhodiginum 5. *c.* 12. 5 Διδοναι τον καλλιστον τινι, *Scrimp.* Gal. *donner la foy & ſouf conduit.* 6 Confer epiſtolam ad Philemonem. vid. *Nov.* 123. *c.* 35. 7 Leo id abrogat *Novell.* 10. 8 Hinc illud Poëtæ, ut, vitiis ſine nemo Naſcitur: & Accilius fallis animus meliora recular: & alibi, de puero, Cerens in vitium flecti. 9 Rerum furtivarum poſſeſſio, raptori demegunda. 10 Servus deſertor monaſterii, recidit in priorem ſervitutem. 11 *Novell.* 123. *cap.* 36. 12 Φιλοσοφια μοναχικη.

13 Αγωνιστε. 14 Edictis Imperatorum non obtinent extra territorium. *l.* 1. *Cod. de ſumma Trinit.* 15 Monachorum una domus, una cœnatio, unum cubiculum. 16 Id eſt, eodem cœnaculo, *Novell.* 135. 17 Id eſt, eodem cubiculo. 18 Id eſt, lecto. 19 Ακοσμιαν. 20 Legendum ita eſt: degentes vitam ἰδιαζον ἔχουν οἰκονομιαν, peculiarem habeant domunculam. *Goth.* Adde *Nov.* 133. *c.* 2. *& Nov.* 123. *c.* 36. *in pr.* Anſ. 21 Heremite diverſi a Monachis. 22 A quibus ησυχαστεριαι, diverſa a monaſteriis. Hujusmodi philoſophos Ariſtoteles ait, aut beſtias eſſe aut deos, 1. *Politic.* vid. Cujac. *hic.* 23 Seniorum converſatio juventuti prodeſt. 24 Ad. de *Nov.* 123. *c.* 40. 25 Pernam monachi deſertoris obſerva. 26 Vid. *Nov.* 123. *c.* 42. 27 Teſtari ante monachiſmum, quis de ſuis bonis poteſt. 28 Hinc ſumpta eſt Authentica, *Ingreſſi. C. de SS. eccleſ.* & Authentica, *Nunc autem, C. de epiſcop.* adde *Nov.* 123. *c.* 38. 29 De quo vid. *l.* 30. *C. de inoff. teſt.* 30 *l.* 56. *C. de ſuſpect. & clericis.* adde *Novellam* 57. *p. h. t.* 31 *c.* 4. *ſuprr. h. t.* 32 *l.* 53. §. 1. *Cod. de epiſc. Novell. Leonis* 8. 34 Archimandritæ qui, dixi ad *l.* 7. §. 2. *C. de ſumma Trinitate Iuenum* 36. 35 Monachis non licet uxores ducere. Quid ſi clerici facti ſint? hoc Epiphanius *in Panario* interpretatur monaſteriorum patres vid. Ferrandum 2. *Epiſcoporum* 36. 36 Monachis non licet uxores ducere. Quid ſi clerici facti ſint? hoc cum quondam eis licuit, quibusdam præſertim locis, licet conſtitutionibus & canonibus ſolis lectoribus & cantoribus ea facultas poſtea permiſſa, uxores ducere non poſſunt. 36 *Nov.* 22. *c.* 42. 37 *Nov.* 123. *c.* 29. 38 Pœna igitur civili non adficitur monachus, qui uxorem duxerit. 39 Ad abbatias non temper promovendi ſeniores ex monachis. vide *Novell.* 123. *c.* 34. 40 Abbates eligunturab epiſcopo.

41 Non qui ſenior, ſed qui melior, eligendus. 42 Is, in quem ἠθος & virtus ſimul concurrunt, ceteris præferitur.

hæc communia ponimus & in mascules & in fœminis, & monasteriis & asceteriis, non discernentes quantum ad istos masculum aut fœminam: eo quod sicut prædiximus, unum omnia in Christo consistant.

EPILOGUS.

† Hæc igitur omnia sanctissimi Patriarchæ sub se constitutis Deo amabilibus Metropolitis manifesta faciant: at illi subjectis sibi Deo amabilibus Episcopis declarent: & illi monasteriis Dei sub sua ordinatione constitutis cognita faciant: quatenus per omnia Domini cultura maneat undique incorrupta. Imminebunt enim maximæ pœnæ ista transgredientibus: dicimus autem de [1] cœlo: quas necesse est rectorum dogmatum contemptoribus imminere. Et nostræ si quidem reipublicæ judices, si hæc eis nuncientur, omnibus studeant modis, ea quæ sacris [2] regulis continentur, quas nostra sequitur lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deferit pœna hæc negligentes. Quapropter sequentem hæc tuam sanctitatem decet omnibus sub se positis sanctissimis metropolitanis hæc facere manifesta. Dat. 14. Kal. April. *Constantinop.* BELISARIO viro clarissimo CONS. 535. [3].

TIT. VI.

QUOMODO OPORTEAT EPISCOPOS [4] ET RELIQUOS CLERICOS AD ORDINATIONEM ADDUCI, ET DE EXPENSIS ECCLESIARUM.

NOVELLA CONSTIT. VI.

Imp. Justin. August. Epiphanio Archiepiscopo & Patriarchæ Constantinopolitano.

PRÆFATIO.

MAxima quidem in hominibus sunt dona Dei a superna collata clementia, *sacerdotium* [5], *& imperium*: & illud quidem divinis ministrans, hoc autem humanis præsidens ac diligentiam exhibens: ex [6] uno eodemque principio utraque procedentia, humanam exornant vitam. Ideoque nihil sic erit studiosum imperatoribus, sicut sacerdotum honestas: cum utique & pro illis ipsi semper Deo supplicent [7]. Nam si hoc quidem inculpabile sit undique, & apud Deum fiducia plenum: imperium autem recte & competenter exornet traditam rempublicam, erit consonantia quædam bona, omne quicquid utile est humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus solicitudinem circa veram Dei dogmata, & circa sacerdotum honestatem, quam illis obtinentibus credimus, quia per eam maxima nobis bona dabuntur a Deo, & ea quæ sunt, firma habebimus, & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. † *Bene autem vniversa geruntur & competenter, si rei principium* [8] *fiat decens & amabile Deo.* Hoc autem futurum esse credimus, si sacrarum regularum observatio custodiatur, quam justi & laudandi & adorandi inspectores [9] & ministri Dei verbi tradiderunt apostoli, & sancti patres custodierunt & explanaverunt.

CAP. I.

De episcopi ordinandi moribus, vita, honestate, & fortuna.

SAncimus igitur sacras per omnia sequentes regulas, dum quispiam sequenti omni tempore ad ordinationem episcopatus adducitur, considerari prius ejus vitam [10] secundum sanctum Apostolum, si honesta [11] & inculpabilis, & undique irreprehensibilis sit, & in bonis testimonium [12] habeat, & sacerdotem decens. §. 1. Et neque ex officiali aut ex curiali [13] veniat fortuna: nisi tamen ex novella ætate (secundum quod jam dispositum [14] est) in monasterio constitutus fortuna liberetur: quartam tamen prius substantiæ reddens curiæ. §. 2. Neque enim idiota [15], neque ex iis qui vocantur laici [16] existens, ita mox ad episcopatum ascendat: nec imaginariam suscipiat ordinationem: tanquam modo [17] quidem idiota, mox autem clericus, deinde parvum aliquod tempus præteriens, episcopus appareat. §. 3. Et neque uxori [alii] copulatus: sed aut in virginitate degens a principio, aut uxorem quidem habens, ex virginitate autem ad eum venientem, & non viduam neque sejunctam a viro, neque concubinam. §. 4. Neque [18] filios, aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles: alioqui qui præter hoc aliquid agit: & ipse cadet sacerdotio: & qui eum ordinat, foris episcopatum sectabitur, hanc legem offendens. §. 5. Sed neque [19] pecuniis oportere emere sacerdotium ei permittimus: solum vero eum respicere Domini Dei culturam volumus: & non plurimis humanis cogitationibus distrahi. §. 6. Sed neque ineruditus existens sacrorum dogmatum, ad episcopatum accedat. §. 7. Prius autem aut monachicam [20] vitam professus, aut in clero constitutus non minus mensibus sex, uxori tamen non coharens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo super Deo amabilibus episcopis quærimus: sicut etiam prius duabus nostris constitutionibus hoc fancitum est: per quas dudum cohærentes uxoribus, non perscrutamur, omne præteritum relinquentes, de cætero autem nulli permittentes a politione legis uxorem habenti, talem imponi ordinationem: quam legem etiam nunc renovamus: ne forte, si præter hoc aliquid fiat: & ipse cadat sacerdotio, & ordinantem similiter excludi procuret. Igitur ordinandus episcopus, aut ex monachis [21] aut ex clericis [22] sit, etiam in hujusmodi vita testimonii boni, vita bonus & honestus, & gloria fruens bona: & hoc fundamentum pontificatus deponens suæ animæ. §. 8. Sed etiam sic eum constitutum, & ad episcopatum præparatum, competens est venerabiles & undique probatas legere [23] regulas ante ordinationem, quas [24] recta & inviolata nostra suscipit fides, & catholica Dei apostolicaque disposuit & tradidit ecclesia: & dum ex frequenti earum lectione transierit qui ad ordinationem deducitur, tunc is qui ordinationem impositurus est, interroget [25] eum si sufficiens est custodire & agere quæ sacræ regulæ sancierunt. Et si quidem ille declaraverit & dixerit præcepta sacrarum regularum non se valere servare: nullo modo ei ordinationem imponi: si vero susceperit, & dixerit, quia quantum homini est possibile, complebit hæc quæ his continentur, tunc monere eum, & dicere, quia nisi hæc observaverit, a Deo alienus erit, & cadet a jam dato honore: & neque civiles leges delictum inultum relinquent: eo quod a præcedentibus nos imperatoribus, & a nobis ipsis recte dictum est, oportere sacras [26] regulas pro legibus valere: & si etiam sic permanserit causam amplectens: tunc super his professionibus unumquemque sacram suscipere episcopatus ordinationem. §. 9. Et hanc non [27] pecuniis emere, neque per [28] rerum aliquarum donationem suscipere, sed puram percipere, & sine mercede, & tanquam a Deo datam. Nam si etiam alia omnia habeat utilia [29] quæ prius a nobis dicta sunt, pecuniis autem vel rebus videatur episcopatum etiam emisse, sciat [30] se & ab episcopatu casurum, & hoc munus retributurum ordinanti: ut & ille episcopatum amittat, & a clero cadat: & utrique causa talem præstet retributionem, ut & hic quidem non adipiscatur quæ sperabat, ille autem etiam quæ habebat, amittat: verumtamen pecuniis ac rebus datis occasione ordinationis, sanctissimæ affingnandis [31] ecclesiæ, sive episcopus sit accipiens, & propterea a sacerdotio cadens, sive etiam quilibet alius in clero constitutorum; nam & illi æquam imponimus pœnam: ut ab ordine quem inter sacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res quæ ordinationis occasione datæ sunt, injuriam passæ quantum ad ipsum ecclesiæ. Si quis autem extraneorum sit, & non in clero constitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: & maxime si administrationem aliquam gerat, habebit quidem ipse a Deo pœnam, & succedent ei de cœlo supplicia, verumtamen etiam illud quod datum est totum ablatum ab eo, sanctissimæ ecclesiæ omnibus reddatur modis in duplum. Insuper etiam si quam administrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio [32] condemnetur. Illud quoque sciat aperte qui pecuniis aut rebus aliis emerit præfulatum: quia si prius diaconus aut presbyter fit, deinde per suffragium ad sacerdotium veniat: non solum cadat episcopatu, sed nec prior ei relinquetur ordo, presbyterii fortitan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, utpote decentia indigne concupiscens: & omni sacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipso ordinationis tempore eum qui imponit eam illi, coram [33] omni fideli populo sanctissimæ ecclesiæ hæc omnia prædicere, ut sagaciores eum omnia quæ prius dicta funt a nobis habere, ad sacram eum deducat ordinationem, ut etiam ille coram omnibus hæc audiens, non solum habeat Dei timorem, sed etiam coram omnibus denuntiationem, & professionem erubescat. §. 10. Si quis autem talis quidem esse putetur, & ad episcopatus ordinationem transeat, contradicat autem aliquis atque dicat [34] *conscium se esse alicujus illicitorum ejus*: non prius mereatur episcopatus ordinationem quam examinatio querimoniarum fiat, & appareat undique innoxius. Quod si etiam post hujusmodi contradictionem, non passus is qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi causæ, currat ad ordinationem: sciat, quod ab eo fit, pro nihilo esse; sed & is qui contra legem facit, cadat [35] sacerdotio: & qui fine probatione imponit ordinationem, & ipse quidem similiter cadet sede sacerdotii, reus autem erit Deo, qui præcipue omnium quærit suorum sacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator [36], aut in ipso principio, neque in examinatione persistere confidat; fegreget istum in perpetuum [37] a sacra communione is qui ordinationem facere vult: ut non ipsa falsitas [38] impunita sit. *Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus est, quærimus: ita etiam calumniam* [39] *in eo qui frustra accusavit, punimus.* Si vero nemo accusaverit omnino, aut in totum denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonstrare (sicut prædiximus) non valuerit accusationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoscit præceptorum, & non incurrit ad vitam impunitam hujusmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis, & sapientia.

CAP. II.

Ne episcopus ultra annum extra ecclesiam suam degat.

ET illud etiam definimus, *Ut nemo Deo amabilium episcoporum, foris* [40] *a sua ecclesia plus quam per totum annum deesse audeat: nisi* [41] *hoc per imperialem fiat jussionem*: (tunc enim solum erit inculpabile.) sacratissimis patriarchis uniuscujusque [42] diœceseos [43] compellentibus Deo amabiles episcopos suis inhærere sanctissimis ecclesiis: & non longo itinere separari, neque in peregrinis demorari velle, neque sanctissimas ecclesias negligere, neque annum excedere, quem & ipsum propter

1 Legibus familiare est, pœnas cœlestes religiosis personis proponere. Perjurii pœna ita divina dicitur. Cicero *de legibus*, & perjurium fatis habere Deum vindicem, *l. 2. C. de reb. cred.* 2 Constitutiones de rebus sacris intelligit. 3 Σχῶν verti debuit, qui habuit.

4 Καὶ περεθυτέρους, καὶ διακόνους, ἤγουν καὶ ὑπηρέτας καὶ ποῖα ἑκατέρωθεν τῶν ἱερωμένων τοῦ τύπου τῆς διατάξεως. 5 Sacerdotium & imperium, maxima dona Dei. 6 Pifcum Ecclesiæ comparari ex hoc loco quidam colligunt. 7 Munus sacerdotum. 8 Principio finis respondet. Quale principium, talis finis. Malo inchoata principio, non præsumuntur bonum exitum fortiri. *l. 11. C. qui dare tutores.* De qua præsumptione, vide Alciat. 2. *præsumpt.* 32. 9 Ἀνάγνωσι καὶ ὑπηρέτας. *Lucas* 1, 2. 10 In vitam & mores eligendi episcopi inquirere primum oportet. *Novv.* 123. *cap.* 1. 11 1. *Tim.* 3. *vers.* 2. 1. 42. *C. de episc. & cler.* 1. 34. *C. de episc. aud. l.* 42. 1. *Tim.* 3. *vers.* 7. 13 *Dig.* 51. 53. 14 *l.* 53. *C. de episcopis.* 15 Εξ ἰδιωτῶν, *Setting.* adde 1. *Cor.* 14. *vers.* 16. 16 Plebeji, mundani, *degenti.* 61. seculares. *l.* 56. *Cod. de episc. Nov.* 137. *cap.* 6. 1. *ad Corinth.* 14. *vers.* 16. ἰδιώτας 2. *Eclog.* 3. *cap.* 171. & 6. *Harmen.* 2. §. 34. sic privati opponuntur magistratibus *in l.* 176. *ff. de reg. jur.* 17 Vide quæ diiam ad *Nov.* 137. *cap.* 1. adde quæ dixi ad *l.* 1. §. 2. *ff. de vinutis.* 1. 53. *L. de episc.* 18 *l.* 42. §. 1. *C. de episcop.* 1. *ad Tim.* 3. *vers.* 4. *ad Tit.* 1. *vers.* 6. vide *Nov. Leonis* 2. 19 Simonia prohibita *Novell.* 123. *cap.* 2. *l.* 29. *C. de episcop. & l.* 1. *quæst. l.* 11. *ff. de peculiicit.* 20 Qui uxorem habet, vetatur fieri & esse episcopus, *ut hic*: facit 1. *Tim.* 3. *vers.* 2. & 12. *cap.* 4. *vers.* 3. *ad Tit.* 1. *vers.* 6. *ad Tit.* 1. *vers.* 6. *can.* 50. *Apostol.* 21 Episcopi ex monachis sit ipsius electi. 22 Episcopus aut ex monachorum aut clericorum grege eligitur. 23 Legere episcopus antiquas ordinationes, & canones ecclesiasticos debet. 24 *l.* 6. *C. de sacros. eccles.* 25 Episcopus eligendus interrogatur, si sic eam idoneum & capacem ad canonos Ecclesiæ servandos. 26 Sacri canones pro legibus valent. 27 §. 9. *supr. hic.* 28 Nihil interest sacerdotium ematur, aut emptionis vice detur aliquid. 29 Pœna ambitus ecclesiastici. 30 Multe episcoporum ad Ecclesiam deferuntur. 31 Injusti episcopi a pœnis corporalibus non sunt immunes. 32 Ordinatio episcopi fit coram omni populo. 33 Eligendus episcopus, accusari potest, & in ejus mores inquiritur. Alexander Severus, apud Lampridium dicebat. Grave esse, cum id Christiani & Judæi faceremt fu prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non id fieri in provinciarum præfectibus, quibus & fortunæ hominum & capita committeretur. 34 Pendente accusatione, nemo episcopus eligi potest. *Novv.* 23. *c.* 2. 35 Pœna injuste ordinantis episcopum. 36 Pœna calumniantis episcopum. 37 In perpetuum a sacra communione olim quidam privati. 38 Falsum committit qui injuste accusat. 39 Calumniator punitur. 40 Episcopus a sua Ecclesia abesse plus anno non potest. *Novv.* 67. *c.* 3. *Novv.* 123. *c.* 9. *l.* 43. *C. de episc.* 41 Princeps dispensare potest episcopum, ut in Ecclesia residet: & sic Episcopus regis sui jussu negotia reipublicæ tractare potest. Italia. *Concilcedon. synopf. cap.* 4. 42 Patriarchæ singulis diœcesibus olim fuerunt. 43 Diœcesis, regio. *J. eod.*

misericordiam constituimus. Si vero ultra annum erraverit & dereliquerit, & non ad episcopatum remeaverit proprium, neque imperialis aliqua eum (sicut prædiximus) detineat jussio: tunc si quidem sit metropolita [1], circa ecclesiasticam dispositionem segregatum, regionis illius patriarcha revocet quidem cum legitimis inclamationibus, servans ubique sacrarum regularum observationem. Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro: & alium introducat hujusmodi reverentia & verecundia & honestate dignum. Si vero non metropolita, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui erraverit: hæc omnia a [2] metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quod litium causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, & hic constituti adhærent, aut in aliis veniunt locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est episcopum habere, ministeria lustrent peregre, & expendant, & neque ullum sanctissimis ecclesiis lucrum, neque ullum præbere juvamen, neque secundum quod decet sacerdotem proprium habere habitum. præsertim cum liceat, si quædam sint lites forte sanctissimis ecclesiis, propter quas has occasiones afferunt: hoc per [3] eos qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisiarios aut œconomos movere, & petitiones ad imperium dirigere: impetrare autem sperata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos qui res agunt sacrarum ecclesiarum, (quos apocrisiarios [4] vocant) aut per aliquos clericos huc destinatos, aut œconomos suos, notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetrent quod competens est: & non hoc Deo amabilibus episcopis erroris & absentiæ, & sanctissimis ecclesiis læsionis occasionem fieri, tam in provincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non peregre habitatione non habili constituta, & undique causa nullum juvamen, magis autem læsionem, ecclesiis sanctissimis inferente.

CAP. III.

Ne episcopi ad comitatum Principis accedant absque syllaticis literis.

NOn [5] autem aliter aliquem Deo amabilium episcoporum præsumere dirigere se ad hanc felicissimam civitatem, prius quam (si quidem episcopus sit) literas [6] acceperit proprii Metropolitæ ad imperium [7]: & quæ secundum divinas regulas *probabilia* [8] vocantur testimonium perhibentia necessitatis ejus præsentiæ. Si vero Metropolita [9] sit qui proficisci vult: literas fumat ejusdem diœceseos Patriarchæ, ejus præsentiam necessariam esse dicentes: & sic oportere imperatorem jubere hunc præsentari, & non temere & sine conscientia Metropolitarum aut Patriarcharum proficisci, pro eo quod hoc divinis interdictum est regulis [10]: ut hucadvenientes non præsumant per semetipsos *se prius promaciare ad imperium*: sed primitus aut ad Deo amabilem patriarcham proficisci, aut ad uniuscujusque diœceseos ex qua sunt, Apocrisiarios: & cum ipsis conferant causas propter quas venerunt, & ingredi ad imperium ejus, & deinceps imperiali perfrui aspectu. mox quam imperanti astiterint, liceat quidem petentibus episcopis, aut per eos qui vocantur Referendarii [11] sanctissimæ majoris ecclesiæ, aut per religiosos Apocrisiarios cujusque diœceseos sanctissimorum Patriarcharum, suggerere se imperio, & promereri responsum celeriter, ita ut si aut justa ab imperio petierint, hæc accipiant: aut si non justa quærunt, velociter revertantur unde profecti sunt.

SECUNDA PARS LEGIS.

CAP. IV.

De clericis, quales eligendi sint.

HÆc autem de Deo amabilibus episcopis secundum divinas constituentes regulas, & religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum divinas regulas, & boni testimonii viros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos. † Litteras [12] enim ignorantes, omnino nolumus, neque unum ordinem suscipere, clericorum videlicet, presbyterorum, & diaconorum cum sacras orationes docentium [13], quam ecclesiarum & [14] canonum legentium [15] libros: ordinationem sine querela & inculpabilem & sine aliqua contradictione & datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos volumus omnino officiales [16] aut curiales constitutos suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his posuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus: ipsos autem ordinatos sacra præcepta in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas, propter quas hoc ipsum agi etiam super Deo amabilibus episcopis sancivimus [17].

CAP. V.

NEque autem secundas [18] habentem aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterum, neque si mulieri conjungatur sejunctæ, & proprium virum derelinquenti: sed neque si concubinam habeat, sed & [19] ipsam uxorem, si cum castitate & ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate [20] viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui vel fuerit, vel [21] sit, & ipsam castitatem eligentem, primum principium & fundamentum manifestum secundum divinas regulas & residuæ virtutis constitutam. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat uxorem aut concubinam, aut palam, aut occulte, sacro statim cadat [22] ordine, & deinceps idiota fit. Quod si & lector secundam ducat uxorem propter quædam, & hoc forsan irrecusabili necessitate, nullatenus [23] ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu majori in Sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuo: sed tertias veniat nuptias, satis est enim si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad majorem gradum venire festinaverit: exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens. Pudice etenim nobis per omnia pertinet vivere. Si enim tales constituti ii qui in clero adducuntur ordinentur: facilis eis ad episcopatum ascensus [24] erit: & ex multis bonis viris facilius invenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotii digni.

CAP. VI.

De diaconissis minoribus quinquaginta annis non ordinandis.

QUanta igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, hæc etiam super Deo amabilibus diaconissis agi volumus, ut neque ipsæ citra observantiam fiant, sed primum quidem eis ætatem neque novellam esse neque crescentem, neque ex hac ad delinquendum sajientem: sed super mediam constitutas ætatem, & circa quinquaginta [25] annos secundum divinas [26] regulas agentes: sicque sacram promereri ordinationem: & aut virgines constitutas, aut unius viri quæ fuerant uxores: non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque vitam non habentibus, ut dicimus, irreprehensibilem, sed nec suspectam omnino, ad sacrum venire ministerium [27], & adorandis ministrare baptismatibus [28], & aliis adeste secretis, quæ in venerabilibus ministeriis per eas rite aguntur. Si vero quædam necessitas [29] fiat, & minorem hac ætate quam diximus ordinari diaconissam contigerit: liceat eam in aliquo venerabilium asceteriorum [30] ordinari, & in illo habitare. Nequaquam viris admixta constituta sit: neque suo arbitrio habitans: sed vitæ separatæ, & mediocris, & a conveniente multitudine bonum testimonium habens. Volumus autem & ipsas quæ ad ordinationem perducuntur diaconissas, sive ex viduitate, sive ex virginitate, non cum aliquo cohærentes aut cognatorum, aut eorum quos appellant dilectos [31]: (talibus enim nominibus utentes, maligna suspicione suam replent vitam) sed aut solæ habitent, aut cum parentibus suis & filiis aut vere fratribus: aut iis cohærere, de quibus si quis suspicari aliquid præsumpserit malignum, ipse insipiens simul & impius forsan putabitur. Et si dicatur tale aliquid de aliqua earum quæ in diaconissarum ordinationem ingredivult, quod alicui cohæserit sub imagine quidem bonæ appellationis, maligna vero suspicione: non oportet hujusmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiæ. Nam si ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohæserit alicui cum prædicto nomine aut schemate, cadet quidem a diaconia: & ipsa & ille subjecti erunt huic legi & reliquis quæ corruptores puniunt. Oportet enim quæ ordinantur venerabiles diaconissas, tempore ordinationis & moneri, & sacrorum audire mandatorum præcepta coram reliquis quæ dudum sunt venerabiles diaconissæ: ut & ipsæ Dei timorem habeant, & adhærentem sacris mandatis fiduciam: timere autem & confundi sacro cadere ordine: scituras, quod si præsumpserint aut erubescentes ordinationem, aut derelinquentes sacrum ministerium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam: ipsæ quidem obligatæ efficientur morti [32]: & substantia earum applicabitur sanctissimis ecclesiis aut monasteriis in quibus sunt. Qui vero eas aut uxores accipere aut corrumpere præsumpserint, sibi quidem & ipsi gladio [33] erunt: substantia autem eorum applicabitur fisco. Si enim [34] in antiquis legibus, virginibus [35] illis, quæ in eorum errorem vocabantur, mortis [36] incumbebat damnum corruptis: quomodo non magis nos in iis quæ a Deo glorificantur, definimus, pudicitiam (quæ quam maxime mulieres exornat) conservari volentes, quam diligentissime a venerabilibus diaconissis, ut quod decet naturæ, custodiant, & quod debetur sacerdotio, confervent?

CAP. VII.

De clericis in aliam vitæ formam transeuntibus.

SEmel autem secundum hoc factos diaconos [37] aut presbyteros, nullo modo derelinquere sacerdotium, quod non solum in presbytero & diacono sancimus, sed etiam si subdiaconus aut forte lector fiat aliquis, hunc relinquere pristinum schema, & ad alteram migrare vitam: scientem, quia si tale aliquid egerit, (secundum quod a nobis jam sancitum est) aut in curiam cum substantia, aut sub inopia degens, ad officialem deponetur fortunam.

TERTIA PARS LEGIS.

CAP. VIII.

De expensis ecclesiarum, & clericorum multitudine non facienda.

SEd neque effusas [38] competit fieri de cætero reverendissimorum clericorum ordinations, quod enim hactenus gestum est, licet corrigi

1 Metropolitani subsunt Patriarchæ. 2 Metropolitano subsunt episcopi. 3 Litis ecclesiasticæ obtentu, episcopus suam ecclesiam relinquere non debet, sed causam suam movet vel per clericos, vel apocrisiarios, vel œconomos. 4 Ἀποκρισιάριος, *id est*, Adrianus. *Novv.* 24. *cap.* 4. *Novv.* 25. *cap.* 1. *in fin. Novv.* 123. *c.* 25. 5 *Novv.* 123. *c.* 9. 6 Testimoniales. 7 Id est, ad cultum principis. 8 Συνάτικα καὶ ἐκκλησιαστικά. *Setting.* Dividuntur epistolæ canonicæ in συνάτικας & ἐκκλησιαστικάς. Synaticis epistolis, separati a communione, ignoti, suspecti, rei pobulati, nihilomi declarantur. Eodem *formula* dicuntur *Carthag. Synod. c.* 23. ut formulares aut potius formulas epistolas. Sincerus *in Dimitt. Hom.* 13. Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomine formaiem Epistolas, orationes, & edictia alieno formabat ingenio. unde constat formales epistolas 32. Ordinatio episcopi fit coram omni populo. 33 Eligendus episcopus, accusari potest, & in ejus mores inquiritur. Alexander Severus, apud Lampridium dicebat. Grave esse, cum id Christiani & Judæi faceremt fu prædicandis sacerdotibus qui ordinandi sunt, non id fieri in provinciarum præfectibus, quibus & fortunæ hominum & capita committeretur. 34 Pendente accusatione, nemo episcopus eligi potest. *Novv.* 23. *c.* 2. 35 Pœna injuste ordinantis episcopum. 36 Pœna calumniantis episcopum. 37 In perpetuum a sacra communione olim quidam privati. 38 Falsum committit qui injuste accusat. 39 Calumniator punitur. 40 Episcopus a sua Ecclesia abesse plus anno non potest. *Novv.* 67. *c.* 3. *Novv.* 123. *c.* 9. *l.* 43. *C. de episc.* 41 Princeps dispensare potest episcopum, ut in Ecclesia residet: & sic Episcopus regis sui jussu negotia reipublicæ tractare potest. Italia. *Concilcedon. synopf. cap.* 4. 42 Patriarchæ singulis diœcesibus olim fuerunt. 43 Diœcesis, regio. *J. eod.*

dicam ad *Nov.* 10. 12 *Novv.* 5. *Novv.* 123. *c.* 12. Ignari revocantur ab ordine clericali. 13 Sacerdotes, diaconos, cantores innuit & Psaltas. 14 Intelligit, ut opinor, libros, qui *apocryphi* dicuntur. utroque in ecclesia lectios fuisse hinc apparet. 15 Lectoris munus observa. 16 *C.* 1. §. 1. *E. t. t.* 17 *C.* 1. *cler. Goth.* Adde *Nov.* 22. *c.* 42. *Aut.* 19 *Novv.* 123. *c.* 12. 20 Id est, sed fulteum. 21 Martires diaconus & presbyter esse potest. 2. *ad Tim.* 3. *vers.* 11. 12. 22 Presbyteri & diaconi, & subdiaconi uxorem ducere non possunt. Si duxerint, non est irritum matrimonium: privantur tamen ordine Ecclesiastico. 23 Pœna lectoris bimbi. 24 Ex clericatu ascenditur ad episcopatum. facit 2. *ad Timoth. eod.* 25 Dixi ad *l.* 9. *C. de episcop.* 26 Vid. 1. *ad Timoth.* 5. *vers.* 9. hodie 40. ex Novella 123. *c.* 12. 27 Diaconissæ, sacro mysterio deputatæ. 28 Diaconissæ ministrant baptismatibus, & aliis quibusdam secretis. 29 *l.* 11. §. 2. *ff. de muneribus.* 30 Asceteria, diversa sunt a monasteriis. 31 Τῶν ἀγαπητῶν, dixi ad *l.* 19. *Cod. de sacros. eccles.* 32 Diaconissis capitale est nubere. 33 Pœna diaconissam deuxerit. 34 Argumentum a minore ad majus observa. 35 Vestales intelligit, id est, Vestæ virgines, vel Junonis Achaiæ, Dianæ Scythicæ, Apollinis Pythii, Apidis seu bovis Ægypti: de quibus vide Tertullianum in libro de Monogamia, ubi plus fatis Montanistat: erat exempio sequens sententia: Unum matrimonium novimus, sicut unum Deum. 36 Vivæ defodiebantur. Cur? vide Plutarchum Romani. *c.* 96. 37 Diaconi, presbyteri, subdiaconi, lectores, in laicos transformari impune non possunt. *Novell.* 5. *c.* 6. 38 *Novell.* 16.

misericordiam constituimus. Si vero ultra annum erraverit & dereliquerit, & non ad episcopatum remeaverit proprium, neque imperialis aliqua eum (sicut prædiximus) detineat jussio: tunc si quidem sit metropolita [1], circa ecclesiasticam dispositionem segregatum, regionis illius patriarcha revocet quidem cum legitimis inclamationibus, servans ubique sacrarum regularum observationem. Si vero maneat per omnia inobediens, expellatur a sacro episcoporum choro: & alium introducat hujusmodi reverentia & verecundia & honestate dignum. Si vero non metropolita, sed aliorum episcoporum aliquis sit, qui erraverit: hæc omnia a [2] metropolita fiant. Nemo enim eorum talem suscipiat occasionem, si dixerint propterea proprias derelinquere ecclesias, propterea quod litium causas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad sacras ecclesias respicientium circumlustrant, & hic constituti adhærent, aut in aliis veniunt locis. Hoc enim non habet decentem rationem, ut cum multitudine, quam necesse est episcopum habere, ministeria lustrent peregre, & expendant, & neque ullum sanctissimis ecclesiis lucrum, neque ullum præbere juvamen, neque secundum quod decet sacerdotem proprium habere habitum. præsertim cum liceat, si quædam sint lites forte sanctissimis ecclesiis, propter quas has occasiones afferunt: hoc per [3] eos qui sub ipso sunt religiosos clericos, aut apocrisiarios aut œconomos movere, & petitiones ad imperium dirigere: impetrare autem sperata. Propterea sancimus, si quando propter ecclesiasticam occasionem inciderit necessitas, hanc aut per eos qui res agunt sacrarum ecclesiarum, (quos apocrisiarios [4] vocant) aut per aliquos clericos huc destinatos, aut œconomos suos, notam imperio facere, aut nostris administratoribus, ut impetrent quod competens est: & non hoc Deo amabilibus episcopis erroris & absentiæ, & sanctissimis ecclesiis læsionis occasionem fieri, tam in provincia ecclesiasticis rebus per absentiam eorum neglectis, quam etiam hic expensis multis ab ipsis factis, nec non peregre habitatione non habili constituta, & undique causa nullum juvamen, magis autem læsionem, ecclesiis sanctissimis inferente.

CAP. III.

Ne episcopi ad comitatum Principis accedant absque syllaticis literis.

NOn [5] autem aliter aliquem Deo amabilium episcoporum præsumere dirigere se ad hanc felicissimam civitatem, prius quam (si quidem episcopus sit) literas [6] acceperit proprii Metropolitæ ad imperium [7]: & quæ secundum divinas regulas *probabilia* [8] vocantur testimonium perhibentia necessitatis ejus præsentiæ. Si vero Metropolita [9] sit qui proficisci vult: literas fumat ejusdem diœceseos Patriarchæ, ejus præsentiam necessariam esse dicentes: & sic oportere imperatorem jubere hunc præsentari, & non temere & sine conscientia Metropolitarum aut Patriarcharum proficisci, pro eo quod hoc divinis interdictum est regulis [10]: ut hucadvenientes non præsumant per semetipsos *se prius promaciare ad imperium*: sed primitus aut ad Deo amabilem patriarcham proficisci, aut ad uniuscujusque diœceseos ex qua sunt, Apocrisiarios: & cum ipsis conferant causas propter quas venerunt, & ingredi ad imperium ejus, & deinceps imperiali perfrui aspectu. mox quam imperanti astiterint, liceat quidem petentibus episcopis, aut per eos qui vocantur Referendarii [11] sanctissimæ majoris ecclesiæ, aut per religiosos Apocrisiarios cujusque diœceseos sanctissimorum Patriarcharum, suggerere se imperio, & promereri responsum celeriter, ita ut si aut justa ab imperio petierint, hæc accipiant: aut si non justa quærunt, velociter revertantur unde profecti sunt.

SECUNDA PARS LEGIS.

CAP. IV.

De clericis, quales eligendi sint.

HÆc autem de Deo amabilibus episcopis secundum divinas constituentes regulas, & religiosos clericos cum multa fieri inquisitione secundum divinas regulas, & boni testimonii viros ordinari sancimus, literas omnino scientes, & eruditos constitutos. † Litteras [12] enim ignorantes, omnino nolumus, neque unum ordinem suscipere, clericorum videlicet, presbyterorum, & diaconorum cum sacras orationes docentium [13], quam ecclesiarum & [14] canonum legentium [15] libros: ordinationem sine querela & inculpabilem & sine aliqua contradictione & datione pecuniarum aut rerum suscipientes. Neque autem eos volumus omnino officiales [16] aut curiales constitutos suscipere ordinationem, nisi secundum leges, quas super his posuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus: ipsos autem ordinatos sacra præcepta in conspectu totius populi suscipere, propter has ipsas causas, propter quas hoc ipsum agi etiam super Deo amabilibus episcopis sancivimus [17].

CAP. V.

NEque autem secundas [18] habentem aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterum, neque si mulieri conjungatur sejunctæ, & proprium virum derelinquenti: sed neque si concubinam habeat, sed & [19] ipsam uxorem, si cum castitate & ex virginitate sit. Nihil enim sic in sacris ordinationibus diligimus, quam cum castitate [20] viventes, aut cum uxoribus non cohabitantes, aut unius uxoris virum, qui vel fuerit, vel [21] sit, & ipsam castitatem eligentem, primum principium & fundamentum manifestum secundum divinas regulas & residuæ virtutis constitutam. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut subdiaconus postea ducat uxorem aut concubinam, aut palam, aut occulte, sacro statim cadat [22] ordine, & deinceps idiota fit. Quod si & lector secundam ducat uxorem propter quædam, & hoc forsan irrecusabili necessitate, nullatenus [23] ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu majori in Sacerdotio, maneat autem in eodem gradu perpetuo: sed tertias veniat nuptias, satis est enim si ad secundas. Si vero aliquid tale egerit, & ad secundas veniens nuptias, ad majorem gradum venire festinaverit: exinde idiota erit & laicus, omnino sacro ministerio cadens. Pudice etenim nobis per omnia pertinet vivere. Si enim tales constituti ii qui in clero adducuntur ordinentur: facilis eis ad episcopatum ascensus [24] erit: & ex multis bonis viris facilius invenientur, qui adducantur ad primum gradum sacerdotii digni.

CAP. VI.

De diaconissis minoribus quinquaginta annis non ordinandis.

QUanta igitur super venerabiles clericos a nobis dicta sunt, hæc etiam super Deo amabilibus diaconissis agi volumus, ut neque ipsæ citra observantiam fiant, sed primum quidem eis ætatem neque novellam esse neque crescentem, neque ex hac ad delinquendum sajientem: sed super mediam constitutas ætatem, & circa quinquaginta [25] annos secundum divinas [26] regulas agentes: sicque sacram promereri ordinationem: & aut virgines constitutas, aut unius viri quæ fuerant uxores: non enim permittimus neque secundas contrahentibus nuptias, neque vitam non habentibus, ut dicimus, irreprehensibilem, sed nec suspectam omnino, ad sacrum venire ministerium [27], & adorandis